cato ꝯſeruare. Et in hora exitus mei digne mihi ſuccurrere. vt nullus demonioꝝ voce ſeu vultu horribili me terreat necꝫ in me ꝑualeat. Sed ſancti angeli tui me ſuſcipiant ⁊ ibi me collocēt vbi eterna tua viſiōe ſatiari merear. Da mihi dn̄e in hora exitus mei. fidē rectā. ſpem firmā. caritatē ꝑfectā. bonū ſenſum. ꝯfeſſionē purā. cū vera penitētia. ꝑceptionē ſacri corporis tui. ⁊ vnctionē ſancti olei. cū certa fide ⁊ ſancta ſpe. Jube me dn̄e illeſum pn̄tari. Et cuz venero ante te. noli mihi eſſe terribilis ſed oſtēde mihi vultū tuū mitem ⁊ placabilē. Et iube me inter ſanctos ⁊ electos tuos reſuſcitari ⁊ cū eis ꝑhēniter gaudere. Per dominum noſtruz ieſum xp̄m.

Legitur in vita ſancti bernardi abbatis Clareuallis ꝙ demon ſibi ſemel apparuit dicens ſe ſcire octo verſus in pſalterio. quos qui quottidie diceret tanti meriti acquireret ac ſi totum pſalterium dauiticum decantaſſet. Et cum beatus Bernardus inſtaret vt ſibi eoſdem verſus oſtenderet. ille vero hoc facere recuſaret tunc beatus Bernardus ſcio inquit quid faciam. nam quottidie legā totum pſalterium deinceps ſicꝫ ꝑdictos verſus non obmittam. Qd cum audiſſet demon ne tantū bonum faceret potius ſibi hos verſus oſtendit. Sunt autez qui ſequuntur.

Illumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiā in morte nequādo dicat inimicus meus ꝑualui aduerſus eū. In manus tuas cōmendo ſpiritū meum. redemiſti me dn̄e deus veritatis Locutus ſum in lingua mea notū mihi fac dn̄e finē meum Et numerum dieꝝ meoruz qs eſt vt ſciā quid deſit mihi Fac mecū ſignū in bono vt videāt q̄ te oderūt ⁊ ꝯfundātur quoniā tu dn̄e adiuuiſti me ⁊ cōſolatus es me. Dirupiſti dn̄e vincula mea. tibi ſacrificabo hoſtiā laudis ⁊ nomen dn̄i inuocabo. Periīt fuga a me. ⁊ nō eſt qui req̄rat animā meā. Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea portio mea in t̄ra viuētiū. Orō dicenda poſt hos verſus.